

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sermones quadragesimales de peccatis, etc**

**Caracciolo, Roberto**

**[Offenburg], 5. Jan. 1496**

Sermo LI - Sermo LIX

[urn:nbn:de:bsz:31-311716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-311716)

CLII

pro christo molli tractatōe capitis non re-  
cusavit. Sed reuera singularē et p̄cellē-  
tissimū testimonium xpi suscitari fuit die/  
bus nouissimis cōsignatio miraculosa s̄a  
et i francisci biennio q̄ppe signa visibi-  
lia et miraculosa tulit in suo corpore d̄ qui-  
bus plene dixim⁹ in ope de laudib⁹ sc̄torū.  
Quisnam dubitare p̄t de christo cū vi-  
deat franciscū stigmatib⁹ illis sacris ita  
decoratū. Ob id sc̄nū Bonauētura in le-  
genda sic sanctū franciscū alloq̄t. Jam  
vero p̄ hec signa certissima nō duob⁹ aut  
trib⁹ testibus ad sufficientiā sed q̄pluri-  
mis ad sup̄abundantiā cōprobata testio-  
nia dei in te et p̄ te credibilia facta nimis  
omne infidelib⁹ auferūt excusatiōis vela-  
men. Et vt idem Bonauētura refert De  
scendit angelic⁹ vir franciscus d̄ monte  
sc̄ci serēs crucifixi effigie nō in tabul' la-  
pideis et lignicis manu figuratā artificis  
sed in carnis mēbris descriptā digito dei  
vixit. Resonat ergo ex omni pte veritas re-  
surrectōis christi quā p̄dicauerūt apli.  
defenderūt proprio sanguine martyres. ex-  
pugnare et extinguere cōsuerūt impato-  
res et reges et nō valuerūt. eo q̄ ipse ē rex  
regum et dñs dominantū.

Qualiter christus resurrexit cū qua/  
druplici actu fortitudis

Capitulū terciū

**Q**uā mysteriū cōtemplandum  
de resurrectione xpi d̄ q̄litate. In  
q̄ videndū erit q̄litate christ⁹ re-  
surrexit. Ad qd̄ dicimus q̄ sicut fuit ad  
modū agni immolat⁹. ita fuit ad modū  
leonis resuscitatus. Et hoc p̄pter q̄dru-  
plicē fortitudis actū. Primus fuit. q̄  
fregit claustra inferni. Ad quē accessit n̄  
vr̄ ad locū penalē sed ad consolatiōez pa-  
nū ibidem existentū. Secundus act⁹ fu-  
it. quia subuertit potentiā diaboli et āpu-  
tauit manū eius attrahentē q̄ attrahēbat  
enti iustos ad limb⁹. vr̄ dicit dñs Bona-  
uētura in tercio. di. xxi. Terci⁹ actus

fuit. quia inde. id ē de inferno iustos oca  
cripuit et eduxit. Quartus actus q̄ se  
menipm̄ p̄p̄ta virtute suscitauit. Intel-  
ligendū in q̄ christi resurrectio fuit qua-  
lificata q̄druplici dispositōe diuina. Pri-  
ma fuit. quia caro ei⁹ sanctissima nō vi-  
dit corruptiōem p̄ tridū diuina virtute p̄-  
suata. Secunda fuit quia caro illa fuit  
regata. Eūcū ibi fuerint liuores et vul-  
nera ac plage tumētes ex flagellis. omnia  
ista fuerūt virtute diuina sanata absq̄z in-  
dicamine remanētib⁹ cicatricib⁹ ad deco-  
rez. Tercia dispositio q̄ christi caro. sis-  
it glorificata. Nam habuit p̄modū im-  
passibilitatis. q̄ dicit apls ad Rom̄. vi  
ca. Christus resurgēs ex mortuis ita non  
morit⁹ mors illi vtra nō dñabit. Secū-  
do habuit dōrē subtilitatis p̄ quas exiuit  
de sepulchro clauso. Tercio habuit dō-  
rē agilitatis. per quā euauit ab oculis  
eorū. Luce. xxiij. ca. Quarto habuit dō-  
rē claritatis. quam tamen occultauit d̄  
sc̄ipulis manifestandā electis. et in die iu-  
dicij etiā reprobis. Resurrexit igit̄ triū  
phatorū. mortis. expoliatorū inferni. et mū-  
di redemptor. qui numero electorū com-  
pleto resurgere faciet amicorū suorū cor-  
pora suis prop̄iis animab⁹ vnita. vr̄ sic  
percipiant eternaliter gaudia eterne vi-  
te. Ad quam nos perducat ipse dei filius  
qui est benedictus. p̄ omnia secula secula.  
lorum. Amen.

Feria secunda post dominicā resurre-  
ctionis. De sanctissima fide.  
Sermo quinquagesimus primus.

**Stulti et tar-**  
di corde ad credendū. verba  
sunt redemptoris nostri ori-  
ginaliter Lu. xxiij. c. et in euāgelio hodi-  
erno. Conat hostis aiaz nostraz mille  
suis nocendi modis mortaliū corda q̄

fide iesu christi terrabere. qm̄ cū illoz eſt  
decauerit intellectu facile ad q̄cunq; ſec/  
lera eos p̄cipitare p̄ot. Sublata nāq; ſi  
de reliq; virtutes fundamētū nō habent.  
Cū Bre. j. q. i. c. Lū paul. ait. Lū pau  
lus dicat fundamētū aliqd nemo p̄t po  
nere p̄ter id qd̄ poſitū eſt qd̄ eſt xp̄s ihs.  
id ē fides iesu christi. cōſequenter probatur  
q̄ vbi christ⁹ nō eſt fundamētū nullum  
boni opis eſt ſupediticiū. Fides nāq; ē q̄  
vincit mundū. vnde Jobes p̄ma canoni  
ca. c. v. ait. Nec eſt victoria q̄ vincit mū  
dū fides noſtra. id ē q̄ vincere facit q̄ ſūe  
in mūdo. vitz. ſupbiā auariciā ⁊ luxuriā  
Ipa diaboli tērationes exērminat. Unde  
ap̄ls ad Ephēſios. vj. c. inq̄t. In oib⁹ ſu  
mentes ſeum̄ fidei in q̄ poſitis oīa rela  
tūm̄ ignea exētinguere. Ipa hominem  
iuſtificat. vñ Genēſ. xv. c. ſcribit. Credi  
dit abrahā deo ⁊ reputat⁹ eſt ei ad iuſtici  
am. Ipa credentes filios dei efficit. Job  
Job. j. c. d̄. Dedit eis p̄tēz filios dei ſi  
erit his q̄ credūt in noīe ei⁹. Ipa a piculis  
liberat. Nam p̄ fidē abrahā exiit de yr  
id ē de igne chaldeoz illeſus. Lū em̄ non  
veller ignē adorare quē calder deum dice  
bāt vt expirēt virtutē dei ſui miſerūt ip̄  
ſum̄ ignē ſed nō recepit leſionē. Abrahā  
ſo german⁹ eius ⁊ pater ſare ⁊ loth illuc  
miſſus quia in fide deſecit cōbuſtus eſt.  
Ananias ⁊ ſocj in ſomacē miſſi lauda  
bāt ⁊ b̄dicēbāt deū nec ignis nocēbat eis  
Quare Paul⁹ ad Hebrēos. xi. c. dicit.  
Sanc̄i p̄ fidē vicērūt regna opati ſūt iu  
ſticiā adepti ſūt repromiſſiōes. obtura  
uerūt oīa leonū. eximērūt imperū ignis  
Et ne ſingula reperamus fides corpis ⁊  
ſie ſalutē opatur. Ob qd̄ iesus dei filius  
Lu. viij. c. dixit magdalene. Et Lu. xviij.  
c. ecco. fides tua te ſal. uū fecit. Qua d̄ re  
in p̄ſenti ſimone de fide dicere ſtaryi quā  
p̄diderāt diſcipuli cūtes in cnaus quos  
xp̄s dure d̄ arguit. De ip̄a itaq; fide tria  
myſteria proponamus declarāda.

Primū dicit virtuoſitatis.

Secundū neceſſitatis.

Tercium qualitatis

De multiplici acceptōe fidei Et quō  
diffinit. Et q̄liter eſt virt⁹ theologica.  
ex eo q̄ eſt a deo ⁊ terminat ad ip̄m ſicut  
ad obiectū.

Cap. p̄mum

Rimū myſterū de fide declarā  
dū dicit virtuoſitatis. Pro ca  
tus intelligētia tria erūt vidēda

Primū quor̄ modis capit̄ fides

Secundū quid eſt fides.

Tercū vtrū fides ſit virtus

Primo videndū eſt q̄t modis capit̄  
fides. Et ex dicit̄ Alexātri in ſcio ſū  
me. ⁊ Bonaventure in. iij. diſt. xxij. ⁊ ex  
glo. in. c. j. de ſūma trini. ⁊ fide catholica  
habet q̄ fides ſumit̄ duodecim modis.

Primo ſumit̄ pro ſponſiōe. Cū p̄me  
ad Lūmo. v. c. d̄. Primā fidē irritā ſe  
cerūt. Glo. id eſt ſponſiōz. Sic ſumitur  
ab Aug⁹. xxij. q. j. c. Noli. Noli inquit  
fidē fallere qm̄ graue eſt. Et iterum ibi  
fides qm̄ promittit̄ eāa hoſti ſuāda eſt.

Hoc mō etiā dicit̄ Iſidorus. xxij. q. iij.

In malis promiſſis reſcāde fidē. Se  
cūdo ſumit̄ fides pro fidelitate. vt cū q̄  
tenet̄ fideliter ⁊ reſtituit̄ ſibi cōmiſſa et  
ſilia. Et de hac. Hier. vj. c. d̄. Perijt̄ ſu  
des. Et Prouer. xx. c. Cū fidelē q̄s in  
uenier. Tercio ſumit̄ fides pro cōſciē  
tia. Iuxta illud ad. Ro. xiiij. c. De qd̄ nō  
eſt ex fide penit̄ eſt. Glo. xxvij. q. j. c. oēs  
id eſt om̄e qd̄ eſt contra p̄ſciāz. Quarto

ſumit̄ fides pro innocētia. vt. xxij. q. iij.  
c. Innocens. Quinto ſumit̄ fides. p̄ ca  
ſtitare thori. vt. xxvij. q. ij. c. Lōinges. et  
c. cōiung. Sexto ſumit̄ fides pro cre  
dulitate. id ē pro qd̄a habitu q̄ q̄s firmi  
aſſentit̄ ſine ſom̄idine de oppoſito his  
q̄ clare n̄ videt̄ q̄cūq; ſint illa. puta cū q̄s  
credit̄ talē eſſe ſuū p̄ſem vel m̄ſem. Et d̄  
hac Bre. in. iij. dyalogoz inq̄t. Auden  
ter dico q̄ ſine fide neci fidel. vni. Nā

si eundē infidelē peccatū voluero quem  
parē vel quā matrē habuit. rīdebit pro  
tinus illū atq; illā. **S**eptimo sumit fi  
des pro sacro baptisim. vñ Aug. ad bo  
nifaciū. Quid est aliud puulū bre fidē ni  
si fidei sacm. Et xly. di. c. de iudeis. dici  
tur. Oportet vt fidē quā vi vel nēcitate  
susceperunt necessario tenere cogantur.  
**O**ctauo sumit fides pro acceptiōe cō  
clūsiōis ex ratiōe probabili sū q; logici  
dicūt. Argumentū est rō rei dubie faci  
ens fidē. **N**ono dī fides cognitio q; ē  
in patria. Et de hac ad Rom. i. Iusticia  
dei reuelat ex fide in fides. **G**losa ex fide  
spei in fides rei. **D**ecimo capit fides p  
articulis fidei propositis ad credendum  
Et sic sumit Athanasius cū dīc. Hec est  
fides catholica quā nisi q̄sq; fidelit̄ fir  
miterq; crediderit saluus esse nō poterit  
**U**ndecimo sumit fides pro habitu in  
formi. de q. i. ad corinth. xij. c. dī. Si ha  
buero oēm fidē rē. **D**uodecimo accipit  
fides p habitu formato. Et de hac ad ro  
manos. i. c. Iustus ex fide uiuūt. hec est  
fides theologica siue sit informis siue for  
mata. de q; Apl's ait. i. ad corinth. xij. c.  
Nunc autē manent fides spes charitas  
ma hec. **S**ecō videndū est qd est fides  
Et sū Bonauē. q; fides multipl̄ pside  
ratur. ita etiā notificat. **U**ñq; cū fide/  
rat q̄rū ad ppriū gen. Et tūc describitur  
sic ab Aug. sup Johem. fides est virtus  
q; credunt q; nō vident. Et nō est de oib;  
q; nō vident vt dīc. **N**ḡ in lra. sed d̄ bis  
q; necessaria sūt ad salutē. **S**ecō pside  
ratur fides q̄rū ad obiectū siue ad pncipiū  
moriū. Et sic dīc Aug. ad crescentium  
fides est pma illuminatio mentis ad pri  
mā veritatē. **T**ertio pside rat fides q̄rū  
ad actū ppriū. Et sic dīc Damasco. li. iij.  
fides est nō inq̄situs cōsensus circa pri  
mā veritatē. **Q**uarto pside rat fides q̄rū  
ad habitū disperatū. Et h̄ mō inq̄t bu  
go li. de sacris. fides est certitudo qdam

anīmī de reb; absentib; sup op̄inōne r; i  
fra scia; p̄stituta. **O**p̄inō cū fides r; sci  
entia sūt habit; dispari. **Q**uinto pside rat  
fides q̄rū ad suū finē. Et sic describit ab  
Apl'o ad Hebricos. xi. c. fides est substā  
na rerū sp̄. adaz argumētū nō appentiū  
Nā fides h; tria. **P**rimo aspiciat. **S**ecū  
do efficit. **T**ertio reficit. **A**spiciat primā  
veritatē nō habitā sed sperandā. **J**o dīc  
tur sperandarū rez. **S**ecō efficit. i. cā est  
facies res sp̄andas cē in nobis. vñ dīc sū  
stātia q; sicut substātia est cā suoz acciden  
tū. ita fides est cā p̄sequēdi bona sp̄ata.  
**T**ertio fides reficit seu allieit. vñ dīc ar  
gumentū. i. certitudo assentiendo his q;  
non apparent. r; h̄ est meritum r; laus fi  
dei si certe r; indubitātē credit qd nō vi  
det. **B**eat; sū **L**ho. ij. q. q. viij. volens  
h̄ba Apl'i reducere ad formā diffinitōis  
clarā sic dīc. fides est habit; mentis q;  
inchoat vita eterna in nobis facies itel  
lectū assentire nō apparentib;. **P**ro cla  
ritate aut̄ intelligentia p̄tate diffinitōis  
Apl'i. **P**riō notandū est qd p̄dictā dīc  
finitōne fides distinguit ab oib; q; p̄ti  
nent ad intellectū. Et p̄mo ab op̄inōne  
suspiōne r; dubitatōne p; h; q; dī argumē  
tū. Nā p; h; tria intellect; nō sumit̄r ihe  
ret alicui. **P**er dubitatōne nō mag; ten  
dit ad vnā p̄tē q̄ ad aliā. **P**er op̄inōne  
r; si declinet fortiter ad vnā p̄tē cū for  
midine de opposito. **P**er suspiōne le  
uiter declinat ad vnā p̄tē. sed p; fidē firmi  
ter inheret credēdis sine hesitatōe. **S**ecū  
do ex h; q; dī nō apparentū fides distin  
guit ab intellectu q; est de pncipijs per se  
notis r; scia; q; est de cōclusionib; p; demon  
strationē acq̄sitis p; q; aliqd̄ intellectui ap  
parēer sit cuiusmodi nō est fides. **T**er  
tio p; h; q; dī substātia rerū sperandarū dī  
stinguitur a fide cōtē supra. i. credulita  
te q; est etiā de humanis. sicut em̄ quis fir  
miter credit parēres suos cē talē r; talem  
**S**ecō notandū q; fides dī substātia rez

112  
Speranda potius q̄ diligenda et eo q̄  
dilectio potest esse p̄sentū et absentū vi  
sōz et nō visōz. sed spes est t̄m de absen  
tibus et non visis. de q̄bus etiā est fides.  
q̄ et si videant ea que sunt fidei aliq̄ mō  
scz vt credēda nō t̄m oculo cogitāti vel in  
tellectuali demōstratiue. Tertio notan  
dū q̄ argumentū d̄r multipl̄. P̄rio bre  
uis enarratio s̄bseq̄ntiū. vel breuis colle  
ctio materie simul s̄p̄re totū libri. et sic  
sumit in biblia vbi prologi libroz aliq̄  
dicuntur argumēta. Secūdo argumentū d̄r  
ostensio vel manifestatio s̄m illō Johis  
t̄j. Dis q̄ male agit odit lucē et nō venit  
ad lucē vt nō arguatur opa eius. Tertio  
d̄r argumentū rō rei dubie faciēs fidem.  
et h̄mō sumitur in logicis. sed in theologi  
cis ecōtra fides facit argumentū seu rati  
onē. Quarto d̄r argumentū certitudo ex  
qua animus mouet in aliqd̄. et sic fides  
d̄r argumentū. Tertio videndū ē verū  
fides sit v̄tus. Et q̄ sic patet s̄m Bonā  
uenturā. r̄t̄j. di. tertū libri. n̄ quia ipsa  
est p̄ncipiū nostre salutis. tum quia est op  
posita vitio infidelitatis. tum etiā quia  
in illa cōsistit rectitudo vite s̄m regulam  
iusticie que est vt homo simpliciter cre  
dat his que nobis s̄nt a deo reuelata. nec  
obstat q̄ Aristo. et sui sequaces ceteriq̄  
philosophi nō posuerunt nisi virtutes  
Aut morales vt prudentiā. iusticiā. for  
titudinē et temperantiā. vel intellectuales  
vt sc̄ intellectū. sciā. sapiā. prudētia et ars  
de q̄bus loquit̄ Arist. in. vi. ethicōz. quā  
s̄m Tho. j. q̄. lxxij. p̄ter sup̄dictas virtu  
tes necessariū fuit cē v̄tutes theologicās.  
Nā p̄ v̄tutē p̄ficitur hō ad actū q̄bus i be  
atitudinē ordinat̄. Est autē duplex homi  
nis beatitudo. Una p̄portio nara nature  
ad quā puenire potest p̄ncipia sue natu  
re. Alia excedens hoīs naturā ad quam  
hō sola v̄tute diuina attingere pōt̄ s̄z q̄n  
dā diuinitatis p̄cipationē. Et q̄ h̄mōi  
beatitudo p̄portionē humane nature ex

cedit. p̄ncipia naturalia hominis ex quib⁹  
procedit ad b̄n agendū s̄m suā p̄portionē  
nō sufficiūt ad ordinandū hoīem in bea  
titudinē p̄dictā. v̄n oportet q̄ sup̄addan  
tur hoī diuinit̄ aliq̄ p̄ncipia p̄ q̄ ita or  
dinet̄ ad beatitudinē sup̄naturalē sicut p̄  
p̄ncipia naturalia ordinat̄ ad finē cōna  
turalē nō t̄m absq̄ adiutorio diuino. Et  
hec p̄ncipia dicunt̄ v̄tutes theologicē. n̄  
q̄ h̄nt deū pro obiecto in s̄p̄tū p̄ eas recte  
ordinamur in deū. n̄ q̄ a solo deo nobis  
infundunt̄. n̄ q̄ sola diuina reuelatione  
i sacra scriptura nobis tradunt̄ fr̄ac̄t̄  
s̄o de mayronis in quodā tractatu de vir  
tutib⁹ ait. Q̄ v̄tus theologica s̄m noīa  
significationē d̄r v̄t̄ diuina a theos q̄d  
est deus. v̄n Dionisius in lib. de diuinis  
noībus oīa ad deū p̄nēta siue ad diuini  
tate vocat̄ theologica. Sed aliqd̄ d̄r di  
uinū tripliciter. Aut q̄ in deo formalit̄  
repirat̄. vt eternitas bonitas imensitas  
et h̄mōi que dicuntur p̄fectiōes diuine. aut  
q̄ deo assimilāt̄. Sicut Dionisius li. de  
diuinis noībus vocat̄ sanctū hierotheū  
virū diuinū q̄ deo s̄ilis erat p̄ p̄cipatio  
nē virtutū. Aut q̄ ad deū terminat̄ sicut  
ad obiectū. Sicut theologia d̄r scriptu  
ra diuina q̄ de deo loquit̄. Dicuntur ergo  
v̄tutes theologicē diuine. nō p̄mo necesse  
cūdo sed tertio mō. q̄. s̄. s̄nt a deo et ad ip  
sū terminantur sicut ad p̄riū obiectū. Si  
q̄s hō obijceret q̄ metaphisica nō ponit̄  
tur virtus theologica et t̄m negociat̄ circa  
deū et substantias separatas. R̄ndet franc̄  
scus q̄ metaphisica est de deo sub rōne  
cōi que est naturaliter nota. v̄tus hō theo  
logica sub rōne p̄pria q̄ est credita. Nā  
ta est xp̄ianoz obligatio ad benignissimū  
deū qui tā ta luce v̄tut̄ corda n̄ra resper  
sit vt fide media maḡ imbuta sit vna ve  
tula de diuinis q̄ gentiles phi qui euang  
erūt in cogitationibus suis.

¶ Q̄ fides est necessaria ad salutē et eti

am credenda sunt alia q̄ rōe naturali pbant  
p̄nt et alia etiā explicite. **Cap. ij.**

**S**ecundū mysteriū declarandū de fi  
de dī necessitatis. vbi sunt tria du  
bia decidenda.

**P**rimū vtz fides sit ad salutē necēaria  
**S**ecūm vtz sit necessariū credere aliq̄  
q̄ rōe naturali possent de deo iuestigari  
**T**ertiū vtz sit necēariū credere aliquid  
explicite.

**A**d p̄mū dubiū r̄idet Athanasius in  
symbolo dicens. Quicūq̄ vult salu⁹ esse  
ante oīa opus est vt teneat catholicā fi  
dē. Quā nisi quisq̄ integrā inuolatāq̄  
suauerit saluus esse nō poterit. Rō autē  
q̄re fides est necessaria q̄ ip̄a illuminat in  
tellectū ad necessariā cognitionē dī. In  
oīm cōm via r̄ in oīm opatiōe est p̄mo nec  
cessaria cognitio finis ip̄ius opatiōis vlt  
vie. Quia finis est cā causā ex. ij. meta  
phisice. r̄ finis mouet agentē r̄ est princi  
piū oīm opatiōnū n̄rarū ex. ij. ethico. Et  
licet finis sit vltim⁹ in executōe. n̄ est p̄  
mus in intentōe r̄ mouet agentē. Sic er  
go se h̄nt p̄ncipia indemonstrabilia i spe  
culabilib⁹ sic se h̄nt finis in opabilib⁹. cū  
hō in h̄ mūdooēs sum⁹ viatores r̄ nō ha  
beamus hic ciuitatē manēre. vt dī ad he  
bicos vlt. c. finis ad quē ordinari sum⁹  
r̄ ad quē debem⁹ tendere est dē. vñ Na  
gister sententiariū di. j. scō. li. ait. fec̄ de  
us rōnalē creaturā vt sūmū bonū intelli  
geret. intelligendo amaret. amādo possi  
deret. r̄ possidēdo frueret. Et Aug. in. f.  
cōfessionū. fecisti nos dñe ad te r̄ in qui  
etū est cor nostrum teneat quietat in te.  
Sicut itaq̄ dē est cā efficiens oīm p̄ po  
tentā suā r̄ cā exemplar. p̄ suā sapiētiā  
sic est r̄ finalis p̄ suā bonitatē. q̄re Apo  
calyp. j. c. dixit Ego sū alpha r̄ o. p̄ncipi  
um r̄ finis. Lū ḡ ipe dē sit finis n̄ sc̄q̄  
q̄ nos debem⁹ ip̄m scire r̄ cognoscere. im  
mo vt probat **L. ho. in. ij. p̄ra gentiles.**  
**I**ntelligere dē ē finis oīs intellectuālib⁹

stātie. Et in. f. **I** gentiles inducit Arist. q̄  
in. r. et. i. resp̄dit simonidē quēdā q̄ per  
suadebat hoib⁹ vt p̄mitteret diuinam  
cognitionē r̄ h̄ianis r̄cb⁹ ingenū appli  
carēt. **D**oportere in quiebat hoicm h̄uaria  
sape r̄ mortalia mortalē. **L**ōtra quē simo  
nidē dicit **P**es q̄ hō se d̄z ad immortalia ē  
diuina n̄ abere op̄iū p̄. **Q**uare vt q̄ necē  
ria sit cognitio d̄ diuinis ad quā h̄ndāz  
p̄o statu isto p̄ueniēs mediū ē fides. **E**t  
ad h̄ clar⁹ intelligendū nota s̄m **L. ho. f.**  
**ij. **I** gentiles q̄ hō de diuinis triplicē cog**  
**gnitiōe h̄re p̄t. Prima ē cognitio natū**  
**re. r̄ hec h̄ p̄ naturalē rōe. Secda ē cog**  
**nitio gr̄. r̄ hec h̄ p̄ diuinale reuelationē.**  
**T**ertia ē cognitio gl̄ie. r̄ hec h̄ p̄ supna  
turalē illuminationē. **P**rima cognitio bo  
na. scda melior. tertia optima. **U**ltia cog  
nitio h̄ri nō p̄t absq̄ scda q̄ hō coḡscit  
q̄ iuestigari nō p̄nt onenaturali ex r̄  
latōe dī. **C**ognitio ḡ fidei illuminat intel  
lectū ad cognoscendū dū trīnū r̄ vñū crea  
torē celi r̄ terre r̄ reliq̄ in articulo fidei p̄o  
posita. **S**ecūm dubiū fuit vtz sit necē  
riū credere aliq̄ q̄ etiā de deo rōe natura  
li possent iuestigari. vt q̄ d̄s ē. r̄ q̄ d̄s est  
vñ⁹ r̄ silis. **A**d q̄d̄ r̄ndz **L. ho. ij. q. ij. r̄**  
**in p̄mo **I** gentiles q̄ sic multiplici ratiōe**

- ¶ Prima q̄ cognitio fidei est certior.**
  - ¶ Secda q̄ velocior.**
  - ¶ Tertia q̄ cōmuniō.**
  - ¶ Quarta q̄ amplior.**
  - ¶ Quinta q̄ vtilior.**
  - ¶ Prima rō ē q̄ cognitio fidei ē certior.**
- N**ā p̄naturalē multū deficiēs a cognitō  
ne diuioz. cui⁹ signū ē q̄ p̄bi p̄crutātes  
diuina naturali igenio i m̄lis errauerūt ce  
sibip̄is **I** dixerūt. vt apper i eoz dicit ar  
q̄ sentētijs. q̄ hō falli potest. deus autē  
falli nō potest. **N**am si humana ratio  
nō potest pertingere ad perfectam cog  
nitionem reruz creatarū sensibiliū. **H**ō  
magis in rebus diuinis que nullo sensu  
percipi possunt quia vt inquit **Arist. in**

2  
Prologo metaphisice De<sup>o</sup> est remotissi-  
mus a sensu. vt igit<sup>r</sup> eēt apud boies indu-  
bitata & certa cognitio de deo oportuit q<sup>d</sup>  
diuina eis p<sup>o</sup> modū fidei traderent quasi  
a deo dicta q<sup>d</sup> mentiri nō pōt. Sic Lactā-  
tius li. i. diuinarū istructio<sup>n</sup>ē inq<sup>r</sup>. omī-  
sīs terrenis huiusce pbie auctoribus nil  
certe assentib<sup>o</sup> aggrediamur viā rectā  
q<sup>d</sup>s equidē si putare satis idoneos ad bñ  
viuendū duces eēt & ipse seq<sup>r</sup>er & alios vt  
seq<sup>r</sup>erent hōr rarior. sed cū magna iter se cō-  
certatiōe dissidēt secūq<sup>z</sup> ipi plerūq<sup>z</sup> dis-  
cordent apparet eoz iter nequaq<sup>z</sup> eē dire-  
ctū. Siquidē sibi quis vt est libitū pro-  
pria vias imp<sup>o</sup>serūt. & fusionēq<sup>z</sup> maria<sup>z</sup>  
inq<sup>r</sup>entib<sup>o</sup> veritatē reliq<sup>z</sup>erūt. Nobis autē  
q<sup>d</sup> sacm religio<sup>n</sup>is accepim<sup>o</sup> cū sit veritas  
reuelata diuini<sup>o</sup> omnes veritatēq<sup>z</sup> ser<sup>o</sup> sine  
vllō discrimine ad celeste pabulū cōuo-  
cam<sup>o</sup>. Nec ille. Certior q<sup>d</sup> est cognitio q<sup>d</sup>  
habet p<sup>o</sup> fidē q<sup>d</sup> q<sup>d</sup> habet p<sup>o</sup> scientiāz eēt pre-  
cause certitudinis. q<sup>d</sup> fides innit<sup>r</sup> v<sup>o</sup>ritati  
diuine que est ei<sup>o</sup> obiectū. Scia<sup>o</sup> v<sup>o</sup> inni-  
tit<sup>r</sup> rōni hūane vt refert Tho. iij. q. iij.  
arti. vi. Dinc Apl<sup>o</sup>s ad Ephesicos. iij.  
c. ait. Nō ampli<sup>o</sup> ambulatis sicut & gen-  
tes ambulant in vanitate sensus sui tene-  
bris obscuratū habētes intellectū. Se-  
cūdo cognitio fidei est velocior. q<sup>d</sup> illa q<sup>d</sup>  
habet p<sup>o</sup> rōnē naturālē. Scientia nanq<sup>z</sup>  
ad quā prinet probare deū esse & esse v<sup>o</sup>nū  
& esse nobilissimū potentissimū & v<sup>o</sup>lū-  
tatis alijs sciētis. & sic nō nisi post magnā  
t<sup>o</sup>ps cognoscere<sup>r</sup> ista de deo. Nā metha-  
phisica q<sup>d</sup> circa diuina v<sup>o</sup>sat inter philoso-  
phie partes vltima remanet ad dīscēda.  
Tertio cognitio fidei ē cōmuniō. mul-  
ti em̄ in studio scientie proficere nō pos-  
sunt ppter multa impedimēta. Nā ali-  
qui impediunt a studiose inq<sup>r</sup>itōis fru-  
ctu q<sup>d</sup> est inuētiō v<sup>o</sup>ritas ppter indispositō-  
nē cōplexionis. ex q<sup>d</sup> multi naturālē sunt  
indispositi ad scientiā. Aliq<sup>z</sup> ipediūt ne

cessitate rei familiar<sup>o</sup>. Oportet em̄ inter  
boies eē aliq<sup>z</sup> q<sup>d</sup> t<sup>o</sup>palib<sup>o</sup> administradis i-  
sistant q<sup>d</sup> t<sup>o</sup>tps in ocio cōtemplatiue co-  
gnitōis nō possent expendere vt ad sum-  
mū fastigiū hūane inq<sup>r</sup>itōis pringerent  
scz dei cognitio<sup>n</sup>ē. Quidā insup retrahū-  
tur volūtaria pigricia. Isti g<sup>o</sup>tales omī-  
no a dei cognitōe fraudarent & seq<sup>r</sup>nter  
a felicitate pfecta. fuit g<sup>o</sup> necessariū vt dī-  
uina p modū fidei credenda pponerent.  
Luius cognitio cōmunit est oib<sup>o</sup> vt sic  
omnis caro saluari possit. Quia sic dī ad  
Colocenses. iij. c. In xpo iesu nō est mas-  
culus & femina. non est suus neq<sup>z</sup> liber.  
Quarto cognitio fidei est amplior. quia  
ad plura extendit q<sup>d</sup> cognitio q<sup>d</sup> habet p<sup>o</sup>  
rōnē naturālē. Nā p rōnē naturāles non  
possum<sup>o</sup> cognoscere d<sup>o</sup> deo nisi q<sup>d</sup> est & q<sup>d</sup>  
v<sup>o</sup> & similia. Sed nō q<sup>d</sup> sit trinitus in p<sup>o</sup>-  
nis nec q<sup>d</sup> virgo possit parere & h<sup>o</sup>mō. iō  
Apl<sup>o</sup>s. i. ad corinth. ij. c. ait. Loq<sup>z</sup>mur dī  
sapientiā in ministerio quā nemo pnci-  
pum idest p<sup>o</sup>hoz hui<sup>o</sup> seculi nouit. O au-  
rea secula nra luce v<sup>o</sup>ritatis p iclū xpm do-  
minū nostrū illustrata adeo vt in cogni-  
tōe rerū altissimarū dei multomag<sup>z</sup> pro-  
ficiat vna verula xpiana q<sup>d</sup> omis schola  
gentilū p<sup>o</sup>hoz. Impletū h<sup>o</sup>ppe est dictuz  
Isaie. xi. c. Repleta ē fra scia dñi sic aq<sup>d</sup>  
mar<sup>o</sup> opientis. Quidō cognitio fidei ē  
vtilior. Nā assentire bis q<sup>d</sup> naturālē co-  
gnosci pnt null<sup>o</sup> est meriti sicut credere  
q<sup>d</sup> sol mouet & similia. Sed assentire bis  
q<sup>d</sup> a deo sūt reuelata maximi ē meriti. Pri-  
mo rōne reuerētie quā exhibet hō deo. q<sup>d</sup>  
credit ei etiā ea q<sup>d</sup> nō capit. Nā qñ aliq<sup>z</sup>  
credit simplici verbo alicui<sup>o</sup> de bis q<sup>d</sup> al<sup>o</sup>s  
ignorat exhibet sibi honozē. vñ Valerius  
maxim<sup>o</sup> li. viij. c. xvi. inquit. Pytagore  
tanta auctoritas ab auditoribus fuit tri-  
buta vt que ab eo acceperant in disputa-  
tione ducere nefas estimarēt. Qui etiam  
interpellati ad reddendū. eām hñdebāt  
ipm dixisse. Quantomag<sup>z</sup> hō d<sup>o</sup> credere

No q̄ reuclauit nobis mysteria fidei per  
 dilectū suū filiū vnigenitū pro nobis in  
 carnatū ⁊ p̄ p̄phetas ⁊ ap̄los ac sanctos  
 suos. Sed credere ē maximi meriti. q̄a  
 hō hūilit̄ intellectū suū ad credendū ea  
 q̄ intellectu nō pōt p̄cip̄e dicēdo cū Dila  
 rio. q̄ plura potest deus facere q̄ intelle  
 ct̄ intelligere. **Q** aut̄ sic credere sit me  
 ritorū probat̄ a sancto **L**bo. ij. q̄. ij. q̄. ij. q̄.  
 ois acrus q̄ hūic̄ libero arbitrio moro  
 a deo p̄ gr̄am ⁊ relac̄ in deū est meritorū.  
 Sed credere est acrus intellect̄ assentiē  
 tis h̄itari diuine ex impio volūtaris mo  
 te a deo p̄ gr̄am. ⁊ sic h̄iacet libero arbitrio  
 in ordine ad deū. q̄ ac̄ fidei est meritorū  
 us. In sup̄ ois acrus h̄itus est laudabilis  
 ⁊ meritorius. Sed credere est ac̄ fidei q̄  
 est h̄itus. q̄ meritorius. Propterea Au  
 gusti. sup̄ Jobem ait. Sicut in radice ar  
 boris nulla proifus apparet pulchritu  
 do ⁊ n̄ quicqd̄ est in arborē pulchritudi  
 nis v̄ fructus ex illa procedit. Sic ex fi  
 dei hūilit̄ ac̄ q̄cqd̄ meriti quicqd̄ beartitu  
 dinis aia susceptura est ex fidei fundam̄  
 to procedit. **T**ertū dubiū fuit v̄m̄ sit  
 necessariū credere aliquid explicit̄. Ad  
 qd̄ r̄ndet **L**bo. ij. q̄. ij. **Q** semp̄ fuit ne  
 cessariū credere aliquid explicit̄. et in vere  
 ri testam̄to ⁊ ap̄ oēs natiōes sufficiebat  
 credere illa duo q̄ ponit Ap̄ls ad Heb.  
 ij. c. Accedentes ad deū oportet credere  
 q̄ est. et q̄ inq̄rentiū se est remunerator.  
 Et in diuino esse includūt omia q̄ credi  
 mus in deo eternali existere. v̄ trinitatē  
 ⁊ p̄fectōes omnes in q̄bus n̄ra beartitudo  
 consistit. In fide aut̄ prouidentie q̄ ibi no  
 rat̄ cū d̄r q̄ inq̄rentiū se est remunerator  
 cludunt̄ oia q̄ a deo t̄p̄aliter dispensant̄  
 ad hoīem q̄ sūr via pueniēdi in beartitudi  
 nez v̄ redēprio facta p̄ xpm̄ in q̄ ip̄licite  
 trinent̄ incarnatio. resurrectio. passio. et  
 h̄mōi. **M**inores q̄ credēdo illa duo ex  
 press̄e credēbāt ip̄licite oēs articulos fi  
 dei ⁊ h̄ sufficiebat eis. **M**aiores aut̄ v̄

p̄phete ⁊ alq̄ habuerūt de q̄bus d̄a articul  
 fidei explicit̄. In nouo aut̄ testam̄to p̄  
 t̄ps gr̄e reuclate nō sufficit illa duo crede  
 re explicit̄. sed oportet q̄ omēs tā maio  
 res q̄ minores h̄eant explicit̄ fidei d̄ my  
 sterijs xpi. v̄ incarnatōis. passiois. resur  
 rectōis. ascensiois. ⁊ h̄mōi p̄cipue de his  
 q̄ cōuer solennis at ecclia. ⁊ q̄ publice pro  
 ponūtur. Aut etiā de mysterio trinitatis  
 q̄ n̄ ad numerū ⁊ distinctionē p̄sonarū.  
 q̄ h̄ exp̄mitur in mysterio incarnationis  
 h̄c̄n̄ p̄ se ē obiectū fidei. **Q** illō p̄be ⁊ p̄  
 se p̄inet ad obiectū fidei p̄ qd̄ hō p̄fect̄  
 beartitudinē ⁊ qd̄ est via homib̄ veniēdi  
 ad beartitudinē. **D**oc est mysteriū icarna  
 tōis passiois ⁊ h̄mōi. q̄ v̄ d̄r de cō. dist.  
 vij. c. firmissime. Ab ira dei quā icurrit  
 mus. p̄pter originale pecc̄m nullus liberat̄  
 nisi p̄ fidē mediator̄ hoīs ihu xpi. s̄ v̄ d̄r  
 etiā ē in veteri test̄o ip̄licite nūc explicit̄  
 in nouo testam̄to quo ad adultos. p̄ ac  
 cidēs aut̄ ⁊ secundario p̄inet ad obiectum  
 fidei oia q̄ in scriptura sacra diuinit̄ tra  
 dita trinent̄. Sicut q̄ abraā habuit du  
 os filios. q̄ David fuit filius isay ⁊ hu  
 iusmodi. Et q̄ n̄ ad ista q̄ sc̄dario p̄inet  
 nō tenet hō explicit̄ credere. sed solū im  
 p̄licite. ⁊ in preparacōe animi. inq̄ntū par̄tē  
 credere quicqd̄ in sacra scriptura trinet̄  
 s̄ n̄c tenet h̄ explicit̄ credere q̄n̄ h̄ et  
 cōstituit in doctrina fidei trineri.

**Q** fides debet esse integra simplex et  
 operosa. **L**ap. tertū.

**T**ertū mysteriū declarādus de fide  
 d̄r qualitat̄is. In q̄ sciēdū q̄ ad fi  
 dei p̄fectōz req̄runt tres p̄ditōes.

**P**rima d̄r integritatis

**S**ec̄da simplicitatis

**T**ertia operositatis

**P**rima fidei p̄ditio est integritas. d̄  
 bet em̄ q̄libet credere oia q̄ credēda sunt.  
 Qui em̄ ita crederet oēs articulos v̄rynū  
 p̄tinaciter negaret saluari nō pōt. Immo  
 v̄ d̄r dicit **L**bo. ij. q̄. v. In hereticis q̄ er



710  
vant in vno articulo licet in alijs non er-  
rent nō est fides nec formata nec ifo-  
mis. Rō est q̄ s̄blata formali rōne obiecti fi-  
dei fides remanere nō pōt sic in alijs ha-  
bitib⁹. vt etiā remota luce visio esse non  
pōt. Obiectū aut̄ fidei formale est v̄itas  
p̄ma s̄m q̄ manifestat̄ in sac̄s̄ scripturis  
z doctrina eccl̄ie v̄i quicūq̄ nō inberet i  
fallibili z diuine regule z doctrine eccl̄ie  
q̄ procedit ex v̄itate p̄ma in sac̄s̄ scripturis  
manifestata ille non habet habitū fidei.  
Sed ea q̄ s̄nt fidei alio mō tenet̄ q̄ fidei  
Manifestū est aut̄ q̄ ille q̄ inberet doct̄  
ne eccl̄ie sicut infallibili regule oibus as-  
sentit q̄ eccl̄ia docet. Alioq̄n si d̄ his q̄ ec-  
clesia docet q̄ vult tenere z q̄ vult nō tenere  
nō tā inberet doctrine eccl̄ie sicut infalli-  
bili regule sed p̄prie voluntari. et sic ma-  
nifestū est q̄ heretic⁹ q̄ p̄naciter discre-  
dit vnū articulū fidei nō est parus in om-  
nibus seq̄ doctrinā eccl̄ie. Si em̄ nō p̄-  
naciter discrederet vnū articulū tā nō est  
heretic⁹ sed solū errās. Heretic⁹ q̄ d̄ de  
vno articulo fidē nō habet de alijs etiam  
articulis fidē nō habet sed opinionē q̄n-  
dā s̄m p̄p̄riā voluntatē. **S**edā p̄ditio fi-  
dei est simplicitas. D̄z vnusq̄sq̄ simplr  
p̄fiteri fidē x̄pi absq̄ rōnū auxilio. vt p̄z  
de sūma trini. z fide ca. c. j. Et Grego. di-  
cit in Omel. fides nō habet meritis cui  
hūana rō p̄ber exp̄imentū. Sed x̄tra pōt  
q̄s arguere. Nā in glo. in. c. Si q̄n. de re-  
scriptis d̄r q̄ de oib⁹ est rō reddēda. et p̄-  
latus parus debet esse reddere rōnē om̄i  
poscenti. vt dicit Petrus p̄ma sua cano-  
nica. c. iij. Et ad idē facit qd̄ norat. xxxvi  
di. §. Ecce. Et ff. de religiosis z sumpti-  
bus funerū. l. Si q̄s. §. Sed interdū In  
sup̄ testes examinād̄ d̄nt reddere rōnem  
sui d̄icti. Al̄s d̄ictū eoz nō valer. ij. q. i.  
ca. In p̄mis. Et. iij. q. iij. §. Itē in crimi-  
nali. v̄lt. Itē sola. Et. xxiiij. q. iij. e. Si ha-  
bes. Et. lxxvij. di. c. Loz ep̄i. Ad h̄ m̄det  
glo. p̄dicta in. c. si q̄n. **Q** de oib⁹ rō red-

di debet si pōt reddi. Sed q̄nq̄ p̄ impo-  
rētā aliter x̄tingit. aut q̄ nō interest no-  
stra qualiscūq̄ sit illa rō. **P**ro clariorē  
nō huius pris̄ noticia norāda s̄nt aliq̄ do-  
cūmēta. Primū est s̄m Tho. ij. ij. **Q** rō  
hūana ad ea q̄ sunt fidei potest se h̄re ad  
voluntatē credent̄ dupl̄. Vno mō an-  
tecedēt. puta cū q̄s nō vult credere vel  
nō habet promptā voluntatē ad creden-  
dū nisi rōe hūana induceret. Et tūc ratio  
hūana dimīnuit meritū. Sēdo mō ratio  
hūana se habet ad voluntatē credent̄ cō-  
sequēt. puta cū hō h̄z promptā volūta-  
tē ad credendū etiā sine rōe. Et ex h̄ q̄ di-  
ligit veritates creditam sup̄ ea cogitat z  
amplectit̄ si q̄s rōnes ad h̄ inuenire pōt  
Tūc hūana rō nō dimīnuit meritū fidei  
sed est signū maior̄ meritū. **S**āc̄t⁹ verō  
Bonauētura in prologo suo p̄mo s̄miaz  
di. **Q** rōnes inducere pro fide valer̄ ad  
p̄forandū debiles z infirmos in fide. ad  
delectandū fortes. z ad vincendū aduer-  
sarios. v̄n Aug. li. j. de trinita. ind̄. Ad-  
uers⁹ hereticos garrulatores elatores  
pot̄ q̄ capaciores rōib⁹ catholic̄ ē v̄rē  
dū. Sēcundū documentū q̄ ea q̄ sunt fi-  
dei z si sup̄ rōnē sine nō t̄n̄ x̄tra rōnem vt  
d̄it Hugo de sancto vicore. Et iō q̄rere  
ea que s̄nt sup̄ rōnē nō est vitupabile sed  
laudabile. dū t̄n̄ q̄s ista q̄rat moderate z  
cū hūilitate. Tercū documentū q̄ rō na-  
ruralis in his que s̄nt fidei pōt induci v̄t  
cū fide vel x̄tra fidē. Et illa quidē rō que  
s̄m fidē inducit pōt augere meritū. q̄n̄  
fac̄ voluntatē magis promptā ad credē-  
dū. Rō aut̄ inducta x̄tra fidē manēte ea-  
dē voluntate credēdi augeret meritū. Ma-  
gis em̄ meretur ille qui credit illō ad qd̄  
videt multas rōnes in cōtrariū q̄ h̄ eas  
nō videt. Sic q̄ tentat̄ vehementius de lu-  
xuria v̄l alio v̄tuo si resistat equali volū-  
tate maḡ meret̄. **D**ec Tho. in. iij. Quar-  
tū documentū s̄m Tho. in. j. **S** gentiles **Q**  
credere alicui s̄bito sine deliberatione sine

inspiratione & sine morte sufficienti ele-  
 uas mentis. Credere ho cu deliberatio  
 ne vel inspiratione vel morio sufficienti si  
 est leuitas cordis. Sic facit ille q̄ credit  
 ea q̄ sūt fidei. Talis em̄ bz sufficienti mo-  
 tiuū ad credendū. Inducit em̄ aucte diui-  
 ne doctrine miraculis confirmare & apli  
 interiori instinctu dei illumināris. **L**er-  
 ita p̄ditio fidei d̄ operositatis. Quicm̄  
 credū debēt opari & opibus v̄tutū inten-  
 dere. Ad h̄ em̄ nos excitant voces sc̄ptu-  
 rarū sanctarū. Cū in deuteronio. vj. c.  
 scribit. fac q̄ bonū est & placitū in con-  
 spectu d̄ni tui vt bene sit tibi. Et tho-  
 bie. iij. c. **N**ra bona habebim⁹ si timu-  
 erimus deū & recesserim⁹ ab oī peccō & fe-  
 cerimus bñ. Et Ecclesiastes. iij. c. Cogno-  
 ui q̄ nō eēt melius nisi letari & facere bo-  
 na i vira sua. Et ps̄. xxxij. Declina a ma-  
 lo & fac bonū. Et ps̄. xxxvj. Spera i do-  
 mio & fac bonitātē. Et **I**saie. j. c. Quies-  
 cite agere puerse discite benefacere. & vj.  
 c. Bonas facite vias v̄ras & studia v̄ra  
 & habitabo vobiscū. Et **A**mos. v. c. q̄ri-  
 te bonū & nō malū vt vivatis & erit d̄ns  
 deus vobiscū. Et **P**aul⁹ ad **R**o. ij. c. at-  
 tē. **G**ra q̄rit & hono: & par oī opanti bonū.  
 Et **xij. ca.** **P**rouidētes bōa. Et **xij. cap.**  
**U**s nō rimere fac bonū & habebis laudē  
 ex illo. Et ad **S**alath. vj. c. Bonū faciē-  
 tes nō deficiamus. Et iterū ibi. Dū sp̄us  
 habem⁹ opemur bonū. Et **J**obes p̄ma ca-  
 nonica. c. ij. Qui bñ facit ex deo est. & au-  
 gustin⁹. xxxvij. di. c. **N**ull⁹ Qui recusat  
 bona agere magis diaboli q̄ xpi mēbrū  
 esse ostendit & potius infidelis q̄ fidelis  
 esse monstrat. Et saluator n̄r **M**ar. v.  
 ca. **S**ic luceat lux v̄ra corā hoibus vt vi-  
 deant opa vestra bōa. Sed q̄rū ad ope-  
 ra videt quasi vbiq̄ fides extinetā dum  
 illi q̄ xp̄iano censent noie pro maiori pre-  
 oīes declinauerūt & inutiles facti sunt.  
 nec est q̄ faciat bonū vt vsq̄ ad vnum.  
**A**ducta quippe est diaboli malicia et

multo plures sequuntur opa tenebrarum  
 q̄ lucis. **Q**uōd verū esse p̄ experientia cogno-  
 sci pot̄ dū xp̄iani dieb⁹ istis **I**xpm̄ eiusq̄  
 doctrinā vitā suā ducāt in q̄libet genere  
 virtoz. **N**ō sic nō sic decet xp̄ianos viue-  
 re. sed iuste sobrie & pie expectātes beatā  
 spē & aduentū gl̄ie magni dei. Ad quam  
 nos p̄ducit ille qui est benedictus & laus-  
 dabilis in secula seculoz Amen.

**I** feria. iij. post d̄nicā resurrectionis. **D**e  
 iocūda pace. **S**er. q̄nq̄ gesimū sc̄os.

### Scit eis pax

**S**cribitur hec v̄ba. **L**u-  
 ce. xxiij. c. & in euāgelio hodie  
 cerno **R**e p̄grantiū imā efficiūt  
 et̄no p̄i p̄dicatores v̄bi dei q̄ pplis anū-  
 ciāt alta p̄conia pacē. **I**nq̄t ei **I**saias. ljj.  
 c. **S**p̄ pulchri sup̄ mōres pedes anūciāns  
 & p̄dicāns pacē. **P**er illā q̄ p̄pe boies si-  
 lii dei vocari merent. vñ xps̄ iel⁹ **M**ar.  
 v. c. dicebat **B**ri pacifici qm̄ filij dei voca-  
 buntur. **H**ac antiqu⁹ hostis vehemētē ex-  
 horret quā a p̄ncipio sue p̄ditōis expug-  
 re conat⁹ est. **I**n celo q̄ p̄pe emp̄ireo an-  
 geli tenebrarū ad plū cū angelis bōis atq̄  
 q̄ exide beat⁹. roij suis virib⁹. **R**enderūt  
 Et q̄ recūsauerūt eē pacifici a d̄o repro-  
 bati sūt & de celo expulsī. atq̄ supplicio  
 sēp̄it̄no adiudicati. **P**rop̄ ea siles illis  
 fuit q̄ iurgia q̄rit̄. lites sectarū. odia fouēt  
 rixas exercēt. bellaz volūt iusta. **T**ales  
 v̄tq̄ xp̄iano noie idigni cēfendi sūt q̄ cū  
 xpo p̄ch̄re nō p̄nt. **I**deico in p̄nti s̄mo-  
 ne de laudib⁹ pacē dicere statui quā xps̄  
 postq̄ a mortuis surrexit discipulis blā-  
 do s̄mōe anūciauit. **D**eclarabimus itaq̄  
 de ip̄a pace tria mysteria.

**P**rimū d̄r distinctionis  
**S**ecūm cōmendatōis  
**T**ertū fructificatōis  
**D**e multiplici pace. s. simulata. ignata  
 & ordiata. q̄ ad huc multipli distinguitur.  
**C**ap. p̄mū

**R**imū mysteriū declarandū de  
pace dicitur distinctōnis. Possu-  
mus enim distinguere triplices

pacem

**P**rima dicitur inquinata

**S**ecunda simulata

**T**ercia ordinata

**P**rima est par inquinata et viciosa il-  
lorū videlicet quae sunt in malo concordēs.  
Talis pax est inter demones repit pro quibus  
christus dicebat Lu. xi. et Mar. xij. Omne  
regnū in seipsum diuisum desolabitur. Si sa-  
than in seipsum diuisus est quōd stabit regnū  
eius. ut enim inquit Tho. prima pre. q. cxi. In-  
ter demones est platio. quia demonū quidam  
naturali ordine sub alijs constituntur. vñ  
actōes eorū sunt sub actōib⁹ superiorū. et h  
est quōd rōem plationis facit. ut si actio sibi  
dicitur subdat actōi plati. Quare illi qui natu-  
raliter sunt sapiētiores et potētiores alijs  
imperāt minorib⁹ illis et illi obediunt.  
Et concordia eorū nō est ex amicitia quā in-  
ter se habeant sed ex cōmūi necessitate quae ho-  
mines odiūt et dei iusticie repugnāt. Est  
etiā hominū impiorū ut eis se adiungāt  
et subiciāt ad propriā necessitā creandam  
quae potēiores virib⁹ vident. Neque i demo-  
nib⁹ accedit ad bonū superiorū quae eis infe-  
riores subdant. sed magis ad malū eorū.  
quae cū mala facere maxime ad miserā pri-  
near pēsse in malis est esse magis miser.  
**De Tho.** Sicut ergo pax demonū re-  
probata est ita et pax atq; concordia malo-  
rū hominū adulterorū latronū lusorū gu-  
losoz et similitū. Ideo iesus bñdicitur. Na-  
thai. et c. dixit. Nolite putare quod veneris  
pacē mittere in terrā. Nō enim veni pacē  
mittere sed gladiū. Veni enim separare homi-  
nē aduersus boiēm. filiū aduersus patrem  
suum et filium aduersus matrem suā. et nurum  
aduersus socerū suū. Quae oīa intelligē-  
da sunt de separatiōe ratiōnabili. cū. scilicet. quōs  
discordat separatur ab aliquo quia ipse vult  
dei voluntate implere. ille pō quia et stu-

det vacare vicijs. quo casu lites filio time-  
ti deū discordare a patre secrete vestigia de-  
aboli et similia. **S**ecunda pax est simula-  
ta. Nec est illoz qui in corde odiū abscon-  
dentes lingua se dicunt beniuolos et ami-  
cos. De quibus ait David in ps. Loquū-  
tur pacē cū proximo suo mala autem in cordib⁹  
eorū. Talis fuit pax cartbaginensium quā  
simulare perebāt a romanis. Ut enim nar-  
rat Titulstius. Postq; in africa se cō-  
tulit scipio africanus existere hanibale  
in italia victis iam sepe cartbaginensibus  
cartbago varijs terrorib⁹ agitata. ad ha-  
nibale legatos misit ut celeriter succur-  
reret patrie pericure. Consequenter triginta  
principes senioz quōd sanctissimū in illa  
vrbe Niliū erat pro perēda pace mittit  
ad scipionē qui iam extructa castra sua in cō-  
spectu cartbaginis locauerat. fiebat autem  
tem hec nō pura fide sed vt pōba pacis  
opus efflueret. quae ciues anxi respirarēt  
nec hanibal remearet. legati vbi in castra  
romana et in proximū venerūt more adulā-  
tū ante pedes ducis prostrati procubue-  
rūt. Quoz sententia hec fuit. Nolite scri-  
men vel excusare vel negare. sed illis tri-  
buere quoz esset. H est nō populo ciuita-  
tis sed hanibali suisq; cōplicitib⁹. quibus tu  
multuari et furere et ex bellis bella serere  
sp magnificum visū est. Igitur populo et in-  
nocenti vrbi venia petūt. cludētes se fa-  
cere quecūq; iusserit. Tunc scipio leges  
pacis dixit. Prima fuit quod oēs trās fugas  
et fugitiuos restituat. Secunda quod exercit⁹  
omnes ab italia deducāt et hispania sicilia  
et sardinia. Tercia quod oibus in italia  
am et africa insulis perpetuo abstineant.  
Quarto quod naues oēs legas tradāt. prae-  
viginti in usus pacificos resuarias. Et  
quod pararet certā quantitā frumētī et ordet  
et quod soluerēt adhuc aliq; talenta auri et ar-  
genti. Cū his cōditōibus inquit scipio. si  
pax placeat infra triduū rēdere. Nam fir-  
mabim⁹ inducias et legati romā ad sena-

rum mittent. Carthaginenses infra termini  
 nu pacis conditōes approbāt. Duplex er  
 go legatio. vna ad scipionē inducias fir  
 matura. Altera ad senatū pacē petitura  
 decernit. Et cū legatis ad scipionē capti  
 ui et rāsfuge aliq remittunt. vt res bona  
 fide credat geri. Et romā legati penoruz  
 iuvenes missi sunt vt etas fraudē tegeter  
 et ignorantia circularer. Pendere aut pa  
 cis negotio et durātib⁹ creugis capis ml  
 tis nauib⁹ romanorū carthaginēsel frege  
 runt induciarū fidem. Necq̄ m̄ tot offen  
 sis constantiā scipionis inuida cartha  
 go fregit. quin legatis hostiū cū suis ab  
 vrbe redeuntib⁹ ius gentiū saluū veller  
 cauens hostiles mores q̄s oderat emula  
 ri. Quib⁹ ad se pductis. Ire inq̄ securi  
 multoq̄ benigni⁹ apud romanos in bel  
 lo q̄ romani apd vos inter inducias ha  
 biti. Ecce q̄ carthaginēses cū pace simu  
 lata damnificauerūt romanos. q̄ rāmen  
 postea hambale a scipione deuictio facti  
 sunt et ipi voluerint noluerint tributarij  
 romanorū. Laute ergo semp agendū. q̄  
 vt Tegerius lib. ij. de re militari ait. fre  
 q̄ntius cōuentionū pacisq̄ simulatio cre  
 dulis magis nocere q̄ arma. Sed ve  
 illis q̄ cōfidentes imalicia sua proditōi  
 bus q̄rūt alios subijcere sibi. q̄r de⁹ vltor  
 est iniquitatis illoz. Diligit em̄ veritatem  
 diligit et fidē. Ob quod Aug. xxiij. q. j.  
 e. Noli inq̄. fides q̄m promittit etiam  
 hosti seruāda est. Sed h loco incidentē  
 querit. an in bellis licitū sit vti insidias.  
 cū insidie fraudes quedā videant esse. et  
 p cōsequens ad iniusticiā p̄tinere. Ad  
 qd̄ r̄ndet Aug. dicens. Cū iustū bellum  
 suscipit vtrū apte pugnet aliq̄s an ex in  
 sidias nihil ad iusticiā interest. Est de hoc  
 exemplū Josue cui mādauit de⁹ vt insi  
 dias poneret c̄tra habitatores ciuitatis  
 hay. vt scribit Josue. viij. c. Et notan  
 dū vt dicit Tho. ij. q. xl. q̄ insidie ordi  
 nant ad fallendū hostes. Duplici autē

potest q̄s falli et facto vel dicto alteri.  
 Vno mō ex eo q̄ ei dicit falsū vel nō suā  
 re promissū. et istud sp̄ est illicitū. Et hoc  
 mō nullus debz hostes fallere. Sūt enīz  
 qdā iura belloz et federa etiā int ipsos  
 hostes suāda. vt Ambro. ponit libro d  
 officijs. Alio mō pot q̄s falli. q̄ ei. ppo  
 sitū aut intellectū nō sperim⁹. h aut face  
 re sp̄ nō tenetur. vñ int cetera documen  
 ta rei militaris h̄ p̄cipue ponit de occul  
 tādīs cōsilijs ne ad hostes pueniant. Et  
 tal occultatio p̄tinet ad rōem insidiarū.  
 q̄bus licitū est vti in bellis iustis. Nec p  
 pe h̄mōi insidie vocant fraudes nec iu  
 sticie repugnāt nec ordiari volūnt. Et  
 set em̄ inordiata volūtas si aliq̄s velle  
 nihil sibi ab alijs occultari. Alio ergo ē  
 vti insidias mō dicto. Alio h̄ colore pa  
 cis frāgere fidē. Tercia par d̄ ordiata  
 q̄ multiplex adhuc ē. Prima ē par ho  
 minis et dei. de q̄ inq̄t Aug. libro. xij. d. et  
 vitare dei. q̄ est ordiata obediētia in fide  
 et lege eterna hoīs ad deū. Hāc frāctiō  
 de mayronis in qdam fmōe de natiuitate  
 iesu christi vocat pacē theartica. q̄ puari  
 sunt oēs in peccō mortali cōmorātes qui  
 in scripturis vocant inimici dei. vt dixim⁹  
 in fmōe de amore dei ad aiām in q̄drage  
 simali de p̄nā. Secda ē par hierarchi  
 ca. hoīm. sc̄ et angeloz. dū videlicz hoīs  
 student morē gerere angel custodiētib⁹.  
 Prop̄ca Bern. ait. In quis angulo. in  
 quis diuersorio reuerētiā exhibe angelo  
 tuo. Tercia est par iconomica. habitā  
 ribus. s. in vna domo. Et d̄ hac dixit se  
 piens Eccl. xij. c. In trib⁹ bñplacitū ē  
 spiritui meo q̄ sunt grata. corā deo et ho  
 minib⁹. amor frat̄. concordia proximo  
 rū. vir et vxor sibi bñ cōsentientes. Quar  
 ta ē par monostica vni⁹ ad seipm. dū scz  
 ratio impat virib⁹ inferiorib⁹ et vires infe  
 riores subijciunt rōi. Quinta ē par poli  
 tica. corz q̄ habitāt i vno regno vel i vna  
 ciuitate. Est em̄ policia s̄m Aristo. in. ij.

poliuce ordo qda habitantiu ciuitatem  
Ciuitas aut e ciuiu qda multitudo. Ad  
parie igit ciuitatis multu facit ordo. duz  
scimozes reuerent maiores z maiores  
adiuuar minores. et equales equalib<sup>9</sup> tu  
ra sua reddut. Propfca igit sapiens Pro  
uer. xi. c. In bndictioe iustoz exaltabitur  
ciuitas. z ore ipioz sbuertet. Et. xxx. c.  
Dcs pest ileres dissipat ciuitate cu. s. no  
lnt ordinare nec fm leges viuere. Na vt  
Aristo. in. v. politice ait. Ubiz ppter in  
equale seditio est.

**¶** Pax commendat ex eo q grata est  
deo z corist<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> illa dilexit. que etia  
a sanctis pdicatur

**¶** Secundu mysteriu declaradu de  
pace dr comendatois. triplex ei  
est pacis comendatio

**¶** Prima dicit dei gratificatio.

**¶** Secunda filij dei dilectio.

**¶** Tercia sanctoru predicatio.

**¶** Prima comendatio pacis dr dei grati  
ficatio. Est qde ipsi oipotent<sup>9</sup> deo grata z  
acceptissima. Ideo p Niere. c. xxx. ait.  
Ego cogito cogitarodes pacis z no affli  
ctois. Et pme ad Lboun. xiiij. c. ap<sup>9</sup>ls ait  
Non est dissensiois de<sup>9</sup> sed pacis. Sed  
cur inqdes de<sup>9</sup> bella sunt p sepe inter hoies  
fieri si pace amant. Ad qd mder Aug. li  
bro. v. de ciuitate dei. c. xxiij. q id facit vt  
punitant nostra pcta. Inq<sup>9</sup> enim sic. Sic  
etia tpa ipa belloz sicut in ei<sup>9</sup> arbitrio e  
z misericordia vel atterere vel cosolari  
gen<sup>9</sup> hoim vt alia citi<sup>9</sup> alia tardi<sup>9</sup> finiat

**¶** Secda comendatio pacis dr filij dei di  
lectio. De ipso qppe incarnari dixit Isa  
ias. ix. c. Vocabit<sup>9</sup> pnceps pacis. Et de  
eo Paul<sup>9</sup> ad Ephe. c. ij. inq<sup>9</sup> Ipe est pax  
nra q fecit vtraq<sup>9</sup> vnu. Et Aug. xxiij. q.  
i. c. Nisi bella. ait. Lbrist<sup>9</sup> vt pace doce  
ret venit in mudu. Propfca nasci volu  
it tpe pacis q Decrauan<sup>9</sup> august<sup>9</sup> pacifi  
ce vnuerfo imgebatur. Sedas. nanz  
omnib<sup>9</sup> bellis orb<sup>9</sup> tonu suo subegit ipe.  
no. cunctis inimic<sup>9</sup> z turbatorib<sup>9</sup> romano

sa uentis. Un Solim<sup>9</sup> in li. de mirabili  
bus mundi ait. Tempus augusti solu regni  
est q plimū arma cessauerūt z floruerūt i  
genia. Illo nāz tpe fuerūt Orat<sup>9</sup>. vir/  
gili<sup>9</sup>. ouidi<sup>9</sup>. macer. carull<sup>9</sup>. veronē<sup>9</sup>. pro  
percus. terenti<sup>9</sup>. varro. marc<sup>9</sup>. tull<sup>9</sup>. Li  
cero. appollo dor<sup>9</sup>. valer<sup>9</sup>. melalla. vale  
rius maxim<sup>9</sup>. salusti<sup>9</sup> z alij. Et fm Euse  
biu in libro de epibus. Tpi<sup>9</sup> Decrauiant  
factus est rome cēsus. z inuēta sūt in vr  
be tricenta et septuaginta milium ciui/  
um romanoz. Pacifico igitur tpe chri/  
stus voluit in terra visibilis apparere.  
In natiuitate vo eius fecit angelos can  
tare. Et in terra paz hoib<sup>9</sup> bone volūta  
tis. vt scribit Lu. ij. c. ad insinuandū qn  
tū sibi paz foret dilecta. Hinc est q scri  
bit in prologo decretaliū. Rex pacific<sup>9</sup>  
pia miseratōe disposuit sibi subditos fo  
re pacificos. Et dū misit discipulos in  
omne ciuitate in q erat ipe venturus. vt  
dicit Lu. x. c. monuit eos dices. In quā  
cunqz ciuitate intraueris pmū dicite. paz  
huic ciuitati. Et in quamcunqz domum  
intraueritis dicite. paz huic domui. Et  
in sermone quem fecit in vltima cena vt  
scribitur Job. xiiij. ca. qsi pro preciofissi  
mo thesauro pacam aplis reliq<sup>9</sup>. Paces  
inq<sup>9</sup> meā do vobis. pace relinq<sup>9</sup> vob. p<sup>9</sup>  
resurrectionē vero sepi<sup>9</sup> apparēs vt p<sup>9</sup>  
Lu. xxiij. c. Job. xx. ap<sup>9</sup>los salutabat di  
cens. Paz vobis. Tercia comendatio  
pacis dr sanctoru pdicatio. hanc em san  
cti pdicauerūt. Un David in ps. xxxij.  
Inq<sup>9</sup>re pace. Et Paul<sup>9</sup> ad Roma. v. ca.  
Justificari p fidem pacē habeam<sup>9</sup>. Et ad  
Roma. xij. c. Si fieri pōt qd ex vobis e  
cū oib<sup>9</sup> hoibus pacē habētes. z ij. ad Lo  
rint<sup>9</sup>. xiiij. c. Pacē habete z de<sup>9</sup> pacis z di  
lectōis erit vobiscū. Et ad Ephe. iij. ca.  
Solliciti fuare vnitatē spūs i vinculo  
pacis. Et ad Philip. iij. c. Paz dei que  
crupat omne sensu custodiat corda v<sup>9</sup> z  
intelligēcias v<sup>9</sup>. Et ad Col. iij. cap.  
Pax p<sup>9</sup> erulet in cordib<sup>9</sup> v<sup>9</sup>. z ad De

breos. rñ. c. Pace sequi cu oibus. Et in eplis suis in pncipio pmittebat. Hra yo bis r par. Idē facit Petr. Itēz Jofes in Apoca. sic incipit. Hra vobis r par.

¶ Ex pace proueniūt oia bona. rpa. hā corpalia r spūalia. ¶ Cap. iij.

**P**rimū mysteriū de pace declarā dū dicit fructificatiōis. Prouenit q̄ppe ex pace triplex fructus

- ¶ Primus spūalis
- ¶ Secundus corporalīs
- ¶ Tertius spūritualis.

